to. Eu. R. Iste est de sublimibus celo-
rum potestatibus unus quem manus domini [cons]ecra-
uit matris in uisceribus. Cuius nos r[ogamus] ad-
iuuari supplices deposcimus. V. Iste est
enim iohannes cuius tanta est meritorum pre-
rogatiua ut eius filius per angelum gabrielem
prenuntiaretur nutritis nomine victo offici-
um et initium. Cuius. Sec. lucam.

Elizabeth impletum est tempus pa-
riendi et peperit filium. Et audi-
erunt uicini et cognati eius. quia
magnificauit dominus misericordiam suam cum
illa et congratulabantur ei. Et
factum est in die octauo uenerunt cir-
cumcidere puerum. et uocabant eum
nomine patris sui zachariam. Et respon-
dens mater eius dixit. Nequaquam. sed
uocabitur iohannes. Et dixerunt
ad illam. Quia nemo est in cognatio-
ne tua. qui uocetur hoc nomine. Innu-
ebant autem patri eius. quem uellet uoca-
ri eum. Et postulans pugillarem
scripsit dicens. Iohannes est nomen
eius. Et mirati sunt uniuersi. Aper-
tum est autem ilico os eius et lingua eius.
et loquebatur benedicens deum. Et
factus est timor super omnes uicinos
eorum. et super omnia montana iudee
diuulgabantur omnia uerba hec. Et
posuerunt omnes qui audierunt in cor-
de suo dicentes. Quis putas puer
iste erit. Etenim manus domini erat
cum illo. Et zacharias pater eius re-
pletus est spiritu sancto. et prophetauit dicens.
Benedictus dominus deus israel: quia uisita-

uit et [fecit rede]mptionem plebis sue.
Ad laud. et horas et per octauam an.
Elizabeth zacharie magnum uirum
[ge]nuit iohannem baptistam precur-
sorem domini. a. Innuebant patri eius quem uellet
uocari eum et scripsit dicens iohannes est
nomen eius. a. Iohannes uocabitur no-
men eius et in natiuitate eius multi gaudebunt.
a. Inter natos mulierum non surrexit
maior iohanne baptista. a. Tu puer
propheta altissimi uocaberis preibis ante dominum
parare uias eius. Ca. Audite insule
R. br. Inter natos mulierum. Non sur-
rexit maior. V. Iohanne baptista precurso-
re domini. Non. Ymnus. O nimis felix. V. Iste
puer magnus coram domino. R. Nam et
manus eius cum ipso est. Ad ben. a. Apertum
est os zacharie et prophetauit dicens benedictus
deus israel. Ad iii. ca. Audite insule. V.
Fuit homo missus. Ad vi. ca. Et nunc
hec dicit dominus formans me ex utero
seruum sibi. dedi te in lucem gentium:
ut sis salus mea usque ad extremum
terre. V. Inter natos mulierum. Ad ix. ca.
Reges uidebunt et consurgent prin-
cipes. et adorabunt dominum deum tuum:
et sanctum israel qui elegit te. V. Elizabeth
zacharie. Ad v. a. de laud. ps. Dixit
do. Ca. Audite insule. R. m.
br. Elizabeth zacharie magnum uirum
genuit. V. Iohannem bap. precur. domini. Mag.
V. Iste puer. ut in laud. Ad magn. an.
Puer qui natus est nobis plus quam propheta est
hic est enim de quo saluator ait inter na-
tos mulierum non surrexit maior iohanne
baptista.

License: cc-by-nc – Linz, Oberösterreichisches Landesarchiv, Buchdeckelfunde III, Schachtel 8, Mappe 5k/1, SpBudeS06M0305k_08 – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3rhv/2651/30441)